

## Secundus de anima.

**C**Respondeo dicendum quod potentie anime habent ordinem inter se quia in eis subsistendi consequentia non convertitur ut declarat hic San. Tho. lect. 6. vii de ubi est intellectuum ibi est sensituum: sed non conuerso. Et hoc etiam dicit San. Tho. i. parte. q. 77. ar. 4. ubi ponit triplicem ordinem inter potentias scilicet ordinem nature secundum quem perfecta sunt priora et sic intellectus precedit sensum. Secundo: secundi ordinem generationis et temporis prout ex imperfecto venitur ad perfectum. Et sic sensus precedit. Tertio est ordo secundum obiecta et sic visus precedit auditum: quia visibile in pluribus reperitur quam sonus.

**C**Notandum preterea ut dicit philosophus hic et Sanc. Tho. ibidem art. 7. Anima habet triplicem causam ad suas potentias scilicet actuam. finalem. et materialem ordine quodam unde anima per intellectum est finis et actuam principium sensus. Et ex hoc propter potentie anime fluunt ab anima. Secundo propter primo determinandum est de vegetativo: quia communius est ceteris potentias.

**C**Notandum preterea quod philosophus probat animam esse causam formalem viventis: quia est ei causa essendi. Vivere enim viventibus est esse sed vivere est ab anima. Secundo probatur quod anima est finis corporis viventis: quia sicut in artificialibus forma artificialis est finis quem intendit artifex ergo in naturalibus anima est illud quod intendit agens naturale. Tertio dicitur quod anima est causa efficiens viventium. Efficit enim motum et sensationem. Quidam tamen dicunt quod anima non est causa efficiens viventium licet dicatur esse principium productum motus: quia in omni ente naturali est principium motus ut hic dicit phis. Tamen inanimenta non mouent se ut dicitur. 8. phi.

**C**Notandum preterea quod ex his satis probatur operationes que attribuuntur potentie vegetativa sunt ab anima scilicet generare et augmentare quorum primum secundum phis. est naturalissimum opus in viventibus: quod hoc convenit omnibus animalibus. Et quia per hoc res assimilantur deo secundum posse. Sicut enim deus est perpetuus sic per generationem res sunt perpetue secundum speciem. Et ideo entia naturalia agunt propter esse diuinum secundum quandam participationem.

**C**Notandum tamen quod ab hac operatione secundum philosophum et Sanc. Tho. lec. 7. excipiuntur tria scilicet pueri. Secundo spadones et frigidi. Tertio plantae et animalia que generant ex putrefactione ad quorum productionem secundum Sanc. Tho. sufficit agens universale scilicet virtus corporis celestis et materia disposita secus autem est in animalibus perfectis. Ex his propter finis forma et efficiens coincidunt in idem numero. Si dicas ex quo multi non generant an faciunt contra illud preceptum genesis primo crescere et multiplicamenti. Notandum preterea quod empedocles dixit augmentationem et diminutionem non esse ab anima: sed ab elementis unde dicebat plantas augeri deorsum: quia partes terre descendunt deorsum augebant autem sursum propter ignem qui mouet sursum. Difficile enim videbatur quomodo per nutrimentum auricule hominis augeantur: quia cum cibus descendat ad stomachum quid mouet alimentum sursum scilicet ad caput hominis. Sed empedocles male accipiebat sursum et deorsum scilicet eos

demmodo in nobis et in mundo hoc autem est falsus quia radit in plantis est sursum: quia ibi est os earum in hominibus autem os est sursum per respectum ad universum. unde Ovidius. I. met. Prognos cum spectant animalia certa terram. Os hominis sublime dedit celumque videre iussit et erectos ad sidera tollere vultus. Item si in animali per elementum una pars moueretur deorsum et alia sursum tunc animal statim dissolueretur. Et ideo dicendum quod motus nutrimenti naturaliter est ab anima vel potius animaliter. Sed contra grossius et terrestrius est nutrimentum inferiorum membrorum. Dicendum secundum albertum quod hoc non est semper verum nisi forte in semibus et mulieribus frigidis in quibus plus nutrituntur inferiora membra propter caloris defectum: quod calor est instrumentum aie. et deficiente instrumento non sunt bone operationes artis.

**C**Notandum preterea quod philosophi dicebant motum augmentationis fieri ab igne: quod videmus quod ignis in lapide nutrit et augmentat si hinc combustibilis. Hinc contra dicit philosophus. Animal non potest in infinitum augeri sicut ignis cui si apponatur infinita combustibilita in infinitum augeret. Sed hic dicunt quodammodo quod si augeret in una parte corruptum in alia. Sed tunc ratio philosophi parum valeret.

**C**Notandum preterea quod alimento debet esse contrarium ei quod aliis: quod oportet quod nutrit in aliis. Motus autem fit de contrario in contrarium.

**C**Tunc respondetur quod sunt tres partes potentie vegetativa. Nam alimentum quod est obiectum potentie vegetativa vel est in potentia ad corpus animalium. Et sic circa ipsum est nutritiva per alimentum conservans animalium. Vel alimentum est in potentia substantia generans. Et sic circa ipsum est potentia generativa. Vel per alimentum vivum acquirit debitam quantitatem et sic circa ipsum est potentia augmentativa. Et per hec patet ordo inter has potentias. Nam primo est potentia nutritiva. Secundo augmentativa. Tertio generativa. Sicut in esset esse quantum et agere. Et differunt nutritiva et augmentativa: quod quantum durat nutritiva tam diu saluat individuum. Sed augmentativa non agit per totam vitam. Nutritiva etiam agit per alimentum secundum longitudinem latitudinem et profunditatem. Augmentativa autem agit secundum longitudinem. Et ideo oportet quod suus calor sit fortis. Alias ossa non possent augeri. Nutritiva autem magis agit secundum latitudinem et ideo post iuuentutem plus agit nutritiva quam augmentativa. Sed nonne semper est eque fortis calor in animali. Dicendum quod in animali est duplex calor scilicet naturalis et nutrimentalis. Naturalis est in humido naturali. Secundus est in nutrimento et ideo semper habet aliquid de extraneo et ideo non est ita efficax sicut in principio. Et ideo post iuuentutem non sufficit amplius extendere et nutritre: sed nutritre tantum. Et notandum quod tempus incrementi secundum Galenum et avicennam est tempus etatis puerilis qui sunt calidi et humidii propter vicinitatem quam habet ad suam originem que est ex calido et humido que faciunt extensionem. Sed successu temporis humidus exsiccatur. Et indurantur membra. Tamen non est calidum maius in iuuenibus quam pueris licet sit acutius sicut idem calor acutius agit in ligno quam aqua unde pueri plus quam dimidiati perficiunt sue qualitatibus primi circa 7. annum vide albertum. L. 7.